Liber Matrimonio junctorum, et Mortuorum, in Parochia Ottersom Diœcesis Coloniensis

Anno 1780 die 8va Octobris festo Divæ Matris Birgittæ in Encæniis hujus Parochiæ Ego tanquam Neo Pastor Henricus Wilhelmus Broeckwyder Natus Udemii, die 6ta octobris in festo Sancti Brunonis anno Domini 1750, olim Vicarius Curatus per tres annos in Ecclesia Cathedrali Clivensi, postea iterum primus Sacellanus in Eadem Ecclesia per duos annos sub Reverendo Dño Pastore Aloysio Breedenbeck, die et anno supra notato Matrimonio junxi

Matthiasn van Dijck Cum Wilhelmina Maas.

Et Eadem die Summum Sacrum Celebravi uti et primam Concionem dixi, quâ finitâ processionem duxi per pagum; Domus vero Pastoralis anno 1775 fatali Casu flammis erat Combusta cum omni supperlectili; et cum Libro Baptizatorum, nullum omnino Librum, nec ullam Notitiam neque de Pastoratu, neque de Ecclesiæ reditibus invenire potui quapropter te Deum ter optimum rogo et supplico ut mihi Gratias, et divinum tuum auxilium adeo mihi necessarium Concedere digneris Melioranda quæ sunt depravata et recuperanda quæ sunt perdita, in Nomine Jesu, Mariæ, et Ignatii, incipiam, pergam, et finem faciam.

Primus Lapis pro structura novæ domus positus est Anno 1781 die 2da Maii, et totum opus erat perfectum eodem anno in vigilia omnium Sanctorum.

Agnis DestrVXIt BroeCkWILDer

PerfeCIt & Des.